



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Exercitationibus peculiaribus Scholarium Societatis in
Humaniori literatura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

eminentioris scientiæ, ad Professionem re-
quisitæ : quod infra Sect. 10. §. 12. expli-
cabitur.

S E C T I O II.

*De Exercitationibus peculiaribus Scho-
larium Societatis in Huma-
niori literatura.*

EXercitationes autem ad literas Huma-
niores addiscendas pleræque inferiùs
indicabuntur Part. 5. Cap. 4. cum de pu-
blicis Scholis agetur. Hic speciatim refe-
rendæ, quæ Nostris instituendis præscriptæ
sunt,

1. Si nostri Rhetores seu Humanistæ,
vel ad publicas non accedunt prælectiones,
vel accedunt quidem, is tamen, qui Scholæ
præst, non potest oneri Externorum, No-
strorumque instruendorum sufficere ; No-
stros alteri cuiquam idoneo Rector com-
mittat, à quo domi privatim, diligenter
exerceantur. ¶

Quis Magister.

¶ St. R. Rector.
10.

2. Rector etiam videat, ut interdum
aliquæ à nostris Rhetoricis Orationes, aut
Poëmata Latinè, vel Græcè, tum in mensa
habeantur, tum in aula de re aliqua, ad
ædificationem Domesticorum, & Exter-
norum pertinente, quâ ad perfectiora in

*Declamationes
& Carmina.*



† P. 4. c. 6. §. 13. & St. R. Rect. 11. Domino animentur. * Bis insuper, aut ter in anno, cum aliqua celebritas, ut Renovationis studiorum, aut Votorum agitur, Philosophi etiam, ac Theologi car-

‡ St. R. Rect. 8. minum aliquid condant, affigantque. § Iisdemque Præfectus studiorum librum aliquem, ad Humanitatis studia pertinentem, distribuatur; moneaturque, ut interdum legere non omittant. †

† St. R. Præf. 30.

Disceptationes.

3. Præterea qui literis Humanioribus vacant, sua etiam statuta tempora ad conferendum, & disputandum de iis, quæ pertinent ad studia illa, coram aliquo, qui eosdem dirigere possit, habebunt; & Dominicis, vel aliis constitutis diebus, alternatim, vel suæ facultatis positiones à prandio tuebuntur; vel se in componenda soluta oratione, aut carmine exercent: sive id ex tempore proposito ibidem themate, ad explorandam promptitudinem, fiat; sive domi composita, de re prius proposita, publicè legantur. * De his autem, si quid propter circumstantias mutari oporteat, § 3. & St. R. Rect. 11. iudicium Rectoris esto facultate à suo Superiore, saltem in genere, accepta. *

* P. 4. c. 6. §.

12. & c. 13.

§. 3. & St. R.

Rect. 11.

* P. 4. c. 6. k.

